



CONSVLES GRAVISSIMI,
SECRĒTIORVM CONSILIORVM
ADSESSORES AMPLISSIMI,
VIRI OMNI CULTU SUSPICIENDI.

Nirabimini forsitan, nec immerito, quid in-
cultæ hæ pagellæ Exercitii gratia conscriptæ sibi velint,
inprimis cum ab eo descendant, quem nulla adhuc
Minerva clarum fecit. Verum ubi rationes hujus in-
stituti reddidero, alia mihi & ampliora quidem à favore & summa
Benevolentia Vesta polliceor. Scitote itaque intuitu Patriæ hoc
factum, quippe cujus utilitatibus omnes actiones meas, & quic-
quid mearum virium est, hactenus semper devovi, & porro de-
voveo: huc inductus sum Majorum meorum exemplo, Ipsorum
que rebus in Patriæ emolumentum præclare gestis, quorum ut
oblivisci summæ ingratitudinis, ita ab eorum vestigiis recedere,
mihi dedecorum foret. Vivit in animis omnium bonorum ci-
vium Dn. Avus Maternus DANIEL HEIDERUS, JCt. Sacré Cæs.
Maj. Consiliarius, & per dimidium fere seculum Syndicus Vester
longe meritissimus, cujus memoriam non sine eximia laudum re-
cordatione repetere licet; quantum hic de conservando Reip. flore
curæ egerit, scripta ejus ad omnem posteritatem loquentur. Neque
vos latet qua fide Dn. Parens meus, ABRAHAMUS RHEMUS, U. J.
D. & vestræ Reip. per decennium Syndicus. Illi officia sua contu-
lerit. In eodem stadio graviter etiam decurrerunt Domini Avun-
culi mei VALENTINUS & JACOBUS HEIDERI, Ille Doctor hic, Li-
centiatus Jurium, Reipublicæ Vestræ hic (beatorum consortio
adscriptus) per quindecim annos; Ille verò viginti & amplius
annis tam belli quam pacis tempore assidue invigilando, Quem
adhuc superstitem Divinita gratia ad seram usque posteritatem
conservet, Eique quæ pro Patriæ salute in Pacificatione Osnabrug-